VERSCH
KUPFER-
STICHE

8

13. 2. 7. 8

Gf.

13. 2. 7. 8 I-III

V. 805.

B. A. f. 257.

Gerardus Laireſſe Pinxit. **Ver.** Suſanna Maria Jacobi Sandrarti Filia fec.

2.

Aestas.

5 *Autumnus.*

Hiems. 4

II

♑

REGIONES

Bostua, Bulgaria, Græcia, Illyris, India, Macedonia, Thracia.

CIVITATES

Byzantium, Crois, Oxonia, Philippi, Sophia.

Falciger ignivomis per celsa draconibus astra
Vectus, ad imbriferi Capricorni sidera tendens,
Cui ferus obliqua subsedit Aquarius vrna;
Possidet expositum quidquid sub sole cadente est:
Submersamq; Helicen, Russos, Bavarosq;, Getasq;,
Oxoniam, Augustam, et Macedum campestria rura.
Hic artes studiumq; trahet, terræq; fodinas,
Materiemq; manu certa duplicarier arte.

♒

REGIONES

Arabia deserta, Dania, Oxiana, Petrea, Ruscia, Sarmatia, Sogdiana, Tartaria.

CIVITATES

Aphrodisium, Erupa, Lydia, Pesaurum, Petra, Utica.

REGIONES
Arabia felix, Celtica, Dalmatia, Hiſpania, Miſnia, Tyrrhenia, Ungaria.
CIVITATES
Auenio, Buda, Caſconia, Mutina, Narbona, Toletum, Volaterra.

Iupiter alatis aquilis per ſidera vectus;
Quippe aquilis ſemper gaudet Deus ille coruſcus;
Quem Iuvenis nudo formatus mollior arcu
Præcedit, ſubeunt Piſces: dominatur opaco
Euphrati, Aſsyrijs, Cilicum campeſtribus aris,
Pannoniæ, Calabris, extremiſq; æquore Iberis.
Hic membris tribuit neruos, et acumina cordi,
Et regale caput, nec delaſsabile pectus.

REGIONES
Calabria, Cilicia, Garamantes, Lydia, Normandia, Pamphilia, Portugalia.
CIVITATES
Alexandria, Compoſtella, Hiſpalis, Parentium, Ratiſbona, Rhotomagum, Vormatia.

♈

REGIONES

Britannia, Burgundia, Gallia, Germania, Paleſtina, Polonia, Sileſia, Suevia, Syria.

CIVITATES

Ancona, Bergomum, Capua, Ferraria, Florentia, Imola, Maſsilia, Neapolis, Verona.

Prælia Threicij minatur ſtella Tyranni,
Cùm ſe ferventi coniungit Scorpius àſtro,
Corniger atq; Aries; Syrijs dominatur aquoſis,
Threicijs populis, Scythiæ campeſtribus, atq;
Getulis, Suevis, Sleſis, Galliſq;, Polonis:
Parthenopes, Capuæ, et Camerinæ poſsidet arua.
Promittit ſtudia, & ſimiles naſcentibus artes,
Summus amor pugnę eſt, tractantq; per otia bellum.

♏

REGIONES

Capadocia, Catalonia, Commagena, Getulia, Idumęa, Iudæa, Mauritania, Nortuegia, Suetia.

CIVITATES

Algera, Aquileia, Aychstadium, Camerinum, Gedanum, Monacum, Piſtoia, Taruiſium, Trapezus, Valentia, Vrbinum.

♌
REGIONES
Æmilia. Alpes. Apulia. Bohemia.
Chaldea. Gallia. Italia. Phoenicia.
Sabina. Sicilia. Turcia.

Sidera per duodena regit Sol aureus orbem.
Carior at reliquis illi Leo flammiger. Alpes
Et regit Italiam, Siculos, Apulosq; Bohemos,
Phœnissas gentes, Apamenaq; rura, Sabinos.
Æmiliam, Orchiniam, et vallatæ mœnia Romæ.
Atq; Syracusas, stagna vadosa Rauennæ,
Ille noua imperia, et magna cum laude triuph.s
Claraq; constituet devicto ex hoste Tropæa.

♌
CIVITATES.
Confluentia. Cremona. Damascus. Linzium. Praga Rauenna.
Roma. Syracusa. Vlma.

REGIONES.
Aethiopia, Alsacia, Austria, Caspia, Delphinatum, Liuonia, Sabaudia, Seres, Thebæ, Troglodiræ.
CIVITATES
Arelatum, Argentina, Caieta, Lauda, Placentia, Spira, Suessa, Venetia, Vienna, Vlyssona.

At fecunda Venus cunctarum semina rerum
Possidet, æquatæ iusto sub pondere Libræ,
Dum ferus à Diuæ Taurus cornicibus hæret.
Arua tenet Thebana, Papho vicinaq; Cypro

Littora, palmiferos Arabas, terrasq; fere
Delitias, variæq; novos radicis odores
Laudis amore auidas mentes dat, corpora t
Et graciles calamos, modulataq; vocibus

♊
REGIONES
Armenia, Brabantia, Cyrene, Flandria, Hircania,
Longobardia, Marmarica, Martiana, Sardinia.
CIVITATES
Antverpia, Bamberga, Brugæ, Cesena,
Corduba, Londinum, Lovanium, Norimberga,
Rhegium, Turinum, Vercellæ, Viterbium.

Mercurius venator opum, qui cessa galero
Temperat astra, suos vultus in virgine figit
Sub Geminis, studia alta colens, artesq; decoras.
Virgine sub casta felix terraq; mariq;

Est Rhodos, Ioniæq; vrbes, & Dorica rura,
Arcades antiqui, celebrataq; Caria fama.
Ille decus linguæ faciet, tum pectora doctis
Artibus instituet, superat cursumq; loquendi.

♍
REGIONES
Achaia, Assyria, Babylonia, Corinthia, Creta,
Croacia, Græcia, Mesopotamia, Rhem.
CIVITATES
Aretium, Basilea, Brundusium,
Corinthus, Cumæ, Hierosolyma,
Lutetia, Papia, Rhodus, Segnia.

REGIONES			CIVITATES
Africa, Bithynia, Carthago, Colchis, Granata, Hollandia, Numidia, Phrygia, Scotia, Zelandia.	Luna soporiferis radios argentea bigis Dum vehit, & vario surgit dum lucida cornu, Ferre sub humenti gaudet vestigia Cancro. Æthiopasq; Afrosq; regit, Tunetaq; regna,	Et Venetos, Genuam, Pisas, Hollandicaq; arua, Quassata Oceano Zelandica littora ponto. Merce peregrina fortunam ferre per vrbes Et varios tribuit quæstus, artemq; lucrorum.	Berna, Lubeca, Magdeburgum, Treueri, Tunetum, Venetiæ.

III


Schemata XII.
Mensium, suis opera-
tionibus, & ad signa zo-
diaci applicatione, in
quatuor anni partes
diuisa.
Inuentore M. de Vos. Scalpsit
& excud. Crisp. de Pas.
E.N.F.

POCVLA Ianus AMO, REGI APPLAVDOQVE BIBENTI, ATQVE AMNEM LVSV CONCRETVM ET POLIO CVRSV.
M. de vos in. C. de Pas sculpet

ALGIDVS EN RECREOR MVLTA Februarius OLLA, BARBARA LARVATO CELEBRANS CONVIVIA BACCHO.
M. de v. in. Crisp. de Pas exc

AGROS NVNC VITEM AC SALICES PRAECIDO, ET ALNEA QVAERO: ARO, SECO VENAS ET SEMINO
Martius
M. d. V. in. C. d. Pas exc.

EN Aperit TERRAS DIVTVRNO FRIGORE CLAVSAS, PRODEAT VT VIOLA AC RELIQVORVM COPIA FLORVM
C. de Pas exc.

BALNEA Maius AMO, ET IVVENILIA GAVDIA QVÆRO VTOR AROMATIBVS. VENAM SECO SALVIA POTVS

Iunius EN LAVTAS MIHI OVES ET PASCVA TONDO. VMBRA IVVAT. LACTVCA VIRENS. SOMNVSQVE MINVTVS.
M. de vos inu. C. de Pas sculp.

Iulius AGRICOLIS ET FARRA ET FOENA MINISTRAT, QVARIT VBI OPTATAS CVM PHYLLIDE TYTIRVS VMBRAS.

A

ARBOREOS FRVCTVS ET HVMI NASCENTIA FRAGA LARGIOR Augustus BEO FRVGIBVS HORREA PLENIS
C. de Pas sculp et ex.

B

SEMEN HVMI FACTO BOTRYDE DVLCI. PISCIBVS ET VESCOR, PYRISQVE, ET LACTE CAPRINO
September

COLLIGIT MATVRAS VINITOR VVAS. GAVDET ET HINC DVLCI MVSTO MADERE IVVENTVS
octobri

Nouember
PROSPICIO VACVAE PVLCHRA ORNAMENTA CVLINAE OMNIGENA PECVDVM LANIATA CARNE
C. de Pas exc.

MACTO SVES: BOREÆ NIL FRIGORA CVRO. Decembe r. DVM MODO LIGNA, FOCVS, TOGA, SVNT ET AROMATA PRÆSTO.
C. de Pas exc.

X. Redditus vt luci puer est, mox reddere voces Incipit, et certo vix pede signat humum. Mox capri exultat decimum progressus ad annum: Ipsius estque ætas mollis et apta regi.
Crispian van de Passe fecit et exc.

XX. Cum primum teneri firmantur robore nerui, Et mores vitiis luxuriantis habent: Musica, Bacchus, amor, istis quæruntur in annis, Mobilis atque ætas mobile gramen amat.

XXX · Coeperit ast juvenile decus cum pingere malas, Fit robusta aetas ardet et illa magis. Fervidus arma petit, patrij non degener oris: Colla viti taurus atrox subtrahit atque jugo

XXXX . Artibus octavo nomen memorabile lustro Acquirit, patiens qui ante laboris erat. Atque ipsum firmata virum cum fecerit aetas, Magnanimi pectus vimque leonis habet.

L. Pono metum, valeo, corpusque quod ante laborum haud impatiens nobis inualidumque fuit, Astute pacem et lautae commoda mensae Laudat, quæsitis iam fruiturque bonis

LX. Diues ego, et quicquid nummis præsentibus opto, Dum venit, atque aurum plus pietate colo, Multa petunt nati iam grandes: prospicio ergo Extremis vitæ jure diebus ego

LXX Deseror, emerito iam præmia nulla; senectus Namque iuuentuti est proh odiosa nimis : Conniuentem huius somnis sed lectio crebra Me iuuat, et segnem chartula blanda senem.

LXXX. Luce domi residens tota, premor vsque senecta. Otia corpus alunt, et focus ipse fouet. Despectum rident, famulique ipsique nepotes. O mors quàm dulcis sola futura mihi es.

XC. Nunc, vlula vt, cunctis inuisus: quæ mihi restant Tempora parua heu sunt iam quoque longa meis: Vix manus hæredis auida violenta tenetur: Hæ sunt primitiæ mortis vbique trucis

C. Occidit; en nati natorum, non sine lite, Expectata diu iam bona distribuunt. Ortus cuncta suos repetunt, mortemque requirunt; Et redit in terram, terra quod ante fuit.
M. Quad ludebat

RVDOLPHVS II. D.G. ROM. IMPERAT. SEMP. AVG., GERMAN. HVNGAR. BOHEM. DALMAT. &c. REX, ARCHIDVX AVSTRIAE, DVX BVRGVND. COMES TIROLIS. ANNO M.D.XCIIII.
ADSIT